



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Caput XVIII. Instructio circa ceremonias & modum cantandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

CAPUT XVIII.

Instructio circa Ceremonias

& modum cantandi.

UT Ecclesiae Ceremonias ac divini officii cantandi peritiam eo, quo oportet, habeamus loco, satis erit, si cogitemus ea esse, quibus altissimam Dei Majestatem immediatus atque expressius honoramu. Pro eo igitur, in quo erimus, aestimationis Dei ac virtutis Religionis, qua ipsum honoramus & colimus, gradu, per discendis ac ritè exercendis ceremoniis studebimus. Addi poterit lequendum ex sacris literis de promptorum contextuum consideratio.

*Quae est alia gens sic inclita, ut habeat cere- Deut. 4. 8.
monias & universam legem, quam ego propo-
nam hodie ante oculos vestros?*

*Mandavit mihi Deus, ut docerem voscere- v. 14.
monias, & iudicia, que facere debetis.*

*Pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus Ezechie-
lisis audi omnia, que ego loquar ad te de univer- 44. 5.
sis ceremoniis domus Domini.*

Si quis ignorat, ignorabitur.

I. Cor. 14.

35.

*Directio pro addiscendis ceremoniis. Deus,
Dominus as Rex meus, quoniam elegisti „
me, è numero servorum ac ministrorum „
divinæ Majestatis tuæ ut essem, oro te, ut „
eam mihi gratiam concedas, ut recte percipi- „
am & addiscam ea, quæ hic docebor, ut „
ad tuum servitium idoneus evadam. Et tu, „
ò virgo Sacratissima, in qua specialius fidu- „
ciam omnem meam repono, hanc à filio „
tuo gratiam mihi obtine.*

Gg 3

Dire-

470 SPIRITUS ACTIONUM

*De
Orat.*
Directio pro addiscenda arte cantandi. Do-
,, mine , cupio idoneum mereddere ad tuas
,, in choro canendas laudes , quoniam ad
,, eum Religiosum me statum vocasti , in
,, quo teneor imitari vitam antiquorum Pa-
,, trum nostrorum , ac primorum Religioso-
,, rum, qui Psalmis & Hymnis tuæ gloriæ de-
,, cantandis diu noctuque vacabant. Gra-
,, tiam itaque, rogo te, da mihi, ut artem hanc
,, adeò benè addiscam , ut pro parte quoque
,, mea ad antiquum conservandum divini of-
,, ficii splendorem, qui nunquam in hoc Or-
,, dine nostro quæsus non fuit, contribuam.
,, Tu, virgo Sacratissima, vosque sancti & ele-
,, cti Dei, in quorum honorem toto anni cur-
,, riculo , & speciatim per hebdomadam
,, istam , in Ecclesia divinum decantatur offi-
,, cium , vestro mihi hic adeste atque open
,, ferte interventu.

CAPUT XIX.

*De tempore pomeridianorite
transigendo.*

Santi Spiritus consilium per Salomonem
nobis suggestum audiamus: *Mane semina
Eccle. II. semen tuum, & vespere ne cesset manus tua:
quia nescis, quod magis oriatur, hoc aut illud, &
si surrumque simul, melius erit: atque si dice-
ret: incipe à summo mane per bona opera
seminare semina piorum ac devotorum exer-
citiorum , neque ab illis sub vesperum de-
sist, quoniam ignoras, utrum hac an illa tibi
magis*